



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Usuris, & interesse, Pars II. de Cambiis, Pars III.
de Censibus, Pars IV. de Societatibus Officiorum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXII. Romana extinctionis Census. An & quando extintio census fieri
possit per usufructuarium in præjudicium proprietarii, seù ejus qui vocatus
est, per mortem illius, ad cuius favorem sub ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74112)

DISCURSUS XVIII.

37

principalem, quibus sequutis instarre exerunt illi de Piers immisionem ex eodem interdicto Salviani pertinentes tanquam pariter creditores anteriores illis, qui cum pretio dimissi fuerant, Atque Societate excipiente de retentione pro creditis anterioribus ut supra solutis, replicantibusque actionibus quod pro sorte principali dictorum duorum censuum anteriorum ut potest irrepetibili, & quae proinde dici non potest debilitum, non competit retentio adversus posteriores voluntates ex fructibus salve ipso fundo satisficeri ex firmatis apud Cavalier. dec. 539. num. 2. & dec. 54. num. 8: post Mangil. de subbaß, cum quibus procedit dec. 93. num. 14. post Merlin. de pignor. & in alius. Hic A.C. in prima instantia immisionem actionibus concessit.

Comissa vero causa appellacionis Praetato, in hoc statu ad defensionem assumptus, cum sensu etiam veritatis, dicebam injustam videri judicis primæ instantiae determinationem, atque licet per possessorum excepti de retentione pro dictis creditis anterioribus etiam ex causa fortis, Conclusio etenim prædicta de non danda retentione pro sorte principali, procedit ubi illa opponitur per creditorem censuum, vel per illum, qui altam non gerit personam nisi illam cessionarii ejusdem creditoris, cuius personam & jura tantum representet, quoniam cessionarius habere non potest majus jus quam cedens, ideoque eadem irrepetibilitatis exceptio, quæ obstat cedenti, obstat debet cessionario, atque in his terminis procedunt allegata decisiones, potissimum etiam fundamentum in eo constituentes, quod ibi agebatur de voluntaria cessione procurata per spoliatorem seu alias intrusum, ut in eius injusta & intrusiva possessione ita se confoveret.

Secus autem tibi agitur de legitimo possesso rei censuare jure dominii, qui licet potuit ad ipsam rem liberandam extinguere censem etiam invito credito censu ex deductis per Cent. qu. 104. num. 7. Romana doitis 5. May 1659. coram Bevilaque, & sepius, Tunc enim idem possessor qui tolendo de proprio pretium censu eff. & us est ejus creditor, nullatenus prohibendus venit ex cassis juribus anterioribus, retentionis beneficio uti adversus posteriores, quoniam si pro eodem credito tanquam ex facto calu evitatio nis ita evitare seu preventare, agere poterat contra venditorem, vel etiam contra tertios possessores ejus bonorum, multomagis retentionis beneficio uti protest, quia cui datur actio, fortius competit exceptio.

Clariss vero ex ea facti circumstantia, quod venditores erant jam defecti, atque in eorum bonis formatus erat concursus, qui in Curia ex reformatione Pantli V. inductus dicitur per unionem trium creditorum, isto enim casu conceditur ex aequali opinione concursus creditoris censuarii etiam pro sorte (non obstante quod teneatur, ac verior sit opinio, ut per deductionem debitoris contractus censualis non rescinditur, eo modo, quo de particulari stylo Sac. Conf. & aliorum Tribunalum Regni Neapolitanii ibi rescinditur) ut in praxi servari postulatos allegatos testantur Cenc. qu. 108. num. 13. & Olea de cessione iur. 4. quas. 2. num. ult. & latius agit Salgad. in Labyrinth. par. prima cap. 19. Ex ea clara ratione, quod licet creditum fortis principalis sit irrepetibile, unde propterea creditor pro illa agere non potest ad effectum solutionis, recte tamen agere potest in concursu, qui efformatur in bonis debitoris, ut creditores posteriores tot bona communis debitoris dimittere debeant, quæ sufficiant ad annum redditum, ita ut salva sorte super eorumdem bonorum proprietate sit etiam tutus de fructibus, quod posterioribus non expedit, eisque potius esset prajudiciale, quoniam non de facili datur casus,

Card. de Luca De censib. par. III.

ut bona adæquantia in valore sortem, dicantur constituer e fundum idoneum ad censem, undè propterea magis creditoribus posterioribus expedit ex pretio bonorum distrahendorum, sortem in pecunia per actum retrofimilem restitu, atque ex hac ratione prodit dicta praxis, quæ ubique communis videtur, ideoque injustam credebam actionum prætensionem & ita judicatum fuit.

ROMANA EXTINCTIONIS CENSUS

P R O

SOCIETATE SPIRITUS SANCTI
NEAPOLITANORUM.

C U M

NICOLAO DE MAZZIOTTIS.

*Casus resolutus per Vicarium pro
Mazzotto.*

An & quando extincio census fieri possit per usufructuarium in præjudicium proprietarii seu ejus, qui vocatus est, per mortem illius, ad cuius favorem sub nomine ususfructus de cenu per creditorem dispositum fuit.

S V M M A R I V M.

- 1 F. Ab series.
- 2 Usufructuarium censu non posset illum extinguere.
- 3 Quando datur censu seu translatu solus usufructus formalis censu, vel etiam causalis.
- 4 De iusta excusatione debitoris facientis extincionem cum eo cum quo fieri non posset.
- 5 Si duo insimul extinguant unum censem, vel vendant eadem loca montium. An unus ex eis vendice me dieat ex persona propria.

D I S C . XXII.

AGNES de Mazzottis domina ratæ censu scutorum 600, allegundi à Societate Spiritus Sancti, volens ingredi Monasterium, donavit usumfructum ratæ scutorum 300. Laura Emilie, & Portia Clarice scotoribus monialibus, cum reciproca inter eas, eisque morientibus succedere voluit Silviam alteram forerem tunc innuptam, cui eodem tempore donavit alteram ratam scutorum 300, dando huic facultatem sedotandi cum dicto cenu etiam in proprietate, dictaque Sylvia sine filiis decedente, voluit in omnibus scutoris 600. succedere Ascanium & Nicolaum ejusdem Agnetis fratres; Volens autem dicta Societas integrum censem, quem in majori summa cum ipsis Mazzottis habebat extinguere, dictam primæ ratæ scutorum 300. extinctionem fecit cum præfatis Laura Emilia & Portia Clarice Monialibus, seu eorum procuratore; Verum dicto Nicolao ut supra substituto

D

pra-

prætendente extictionem esse male factam. Hinc ora-
ta est lis coram Vicario seu ejus Locum tenente, qui
condemnavit Societatem ad solutionem fructuum,
ex eo fundamento, quod juxta magis communem o-
pinionem relatam per Cenc. qu. 109. num. 64. cum seq.
¶ quam ut probabiliorem, sequitur Curia, extictione
census fieri non potest cum usufructuario ab illo in-
terveni & consensu proprietatis, ex ea clara ratione,
quod usufructarius non dicitur habere rei dominium,
cum usufructus importet servitutem, ob
quam proprietarius pati teneat, ut usufructarius sua
manu fructus percipiat & advertitur in Senen. sub tit.
deservit ad materiam ususfructus disc. 57. ubi an ex-
tinctio fieri possit cum proprietario solo.

Scribens pro Societate, quamvis more Advocati
deducarem aliquas auctoritates ab eodem Cenc. relatas,
ad probandam validam extictionem cum usufructu-
ario, Agnoscendo tamen id non esse de facili in fo-
ro substantiale, admittebam difficultatem esse con-
siderabilem, quando ageretur de usufructu formalis,
ita ut dictae malieres, cum quibus extictione facta erat,
revera non haberent nisi servitutem ut supra, do-
minio autem & proprietate penes alterum residente;
Verum cum aliquo etiam sensu veritatis, dicebam non
esse in casu, quodque licet instrumentum donationis
in verbis exprimeret, ratam prædictam iste monialibus
donati in usufructu, Nihilominus attenta sub-
stantia dispositionis, dici non poterat quod ex tunc, &
ab initio Nicolaus & Alcanius substituti essent dona-
tarii proprietatis, ut juxta magis communem & rece-
ptam opinionem habemus in ultimis voluntatibus in
eo, qui post mortem uxoris instituta in usufructu vo-
catus fuit, quia dicitur heres ab initio ex deductis
apud Merlin. dec. 505. allas dec. 21. par. 6. reo. & in aliis
de quibus sub iiii. de fidicommissis, & in altero de detra-
ctionibus, quoniam prædicti fratres vocati erant sub
omniō incerto & eventuali casu mortis, non solum
dictarum Monialium, sed etiam Silviae alterius soror-
is, & quatenus ipsa decederet sine filiis, præfertim
quia huic expressa facultas data erat dandi in dotem
ipsum censem ejusque substantiam seu proprietatem,
unde propterea illud nomen seu vocabulum *ususfructus*,
referendum erat ad causalem magis quam ad for-
malem, dum in jure receptum est ex præsumptionibus
seu verius simplici usufructu formalis non con-
gruis, sub eo etiam proprietatem venire ad text. int.
Proculus ff. de ususfructu, ubi DD. de quibus lat. Menoch.
lib. 4. præsumpt. 133. Buratt. & adden. dec. 24. & 44. Ca-
p. ill. de ususfructu cap. 30. unde propterea dictum usus-
fructus vocabulum adhibitus fuit gratia demonstrandi intentionem donatricis, ut donatio non egredie-
retur Monialium vitam, & ne census perpetuò
transiret ad Monasterium.

Et quamvis non levem difficultatem mihi inferret
consideratio, quod proprietas ita donata diceretur
prædicta alteri sorori innupta, substituta sine illa con-
ditione eventuali mortis ab illo filius, cum qua dicti
fratres ultimo loco vocati erant, dum ista conditio in
monialibus incongrua erat; Et fortius, quia donatrix
dicta puellæ expressam dederat facultatem dandi in
dotem etiam proprietatem, unde remanebat expre-
sum, quod hæc esset proprietaria; Nihilominus diffi-
cultas cessabat ob istius præmotientiam cum disposi-
tionem ad favorem eamdem Monialium, neque acto-
ri substitutio suffragari poterat, dum ea concepta erat
post mortem omnium.

Et nihilominus dicebam ex præmissis sufficere id
reddi probabiliter dubium, ita ut justè Societatis &
Ecclæ Administratores credere potuerint censem
cum dictis primis, donatarii potuisse extingui, cum

hoc sufficiat, si non ad veram ac præcisam extictionem, ad legitimam tamen exceptionem seu excusationem, ob quam Ecclesia contendens de puro damno possit se tueri adversus agentem de lucro ad iteratam solutionem, cum favorabilior sit causa liberationis, præsertim favore Ecclesiæ seu corporis inanimati sub aliena legali administratione viventis ex deductis per Giurb. dec. 79. num. 20. Salgad. in labyrinth. par. 2. cap. 9. n. 115. cum sequent. Et in specie census extincti cum eo, quem debitor probabilitate judicavit creditoris mandatarium, quamvis revera & in stricta juris censura non esset talis, fuit dictum in Avenionem. Pecunia-
ria 15. Januarii 1648. coram Danozetto inter suas deci. 786. ac habetur deductum in Romana Censu pro Do-
mo Professi Societatis Iesu hoc eodem tit. dicit. 24.
ubi tamen hoc motivum difficultates patiebatur.

Præterea incongruam dicebam actoris petitionem
pro fructibus, dum adhuc casus lux vocationis non
venerat stante superviventiæ unius ex dictis Monialibus
alteri præmoriens substituta; Adversus quam ex-
ceptionem replicabat actor veniens etiam tanquam
dictæ substitutis mandatarius, exceptionem prædi-
ctam suffragari posse quoad solam medietatem spe-
tantem ad ipsam viventem ex persona propria, secùs
autem quoad alteram in eam obventionem ex novo jure
substitutionis, fuando hujusmodi prætensionem
in duabus decisionibus Rotarib[us] editis in Romana loco-
rum montium 19. Ianuarii 1662. § 23. 1anuarii 1664.
coram Ninot, quarum casus est, quod duo fratres pol-
lidentes quædam loca Montium subjecta fideicom-
missio, illa in solidum vendiderunt tertio cum vinculo
eis annexo, ut frequenter practicata, unoque defuncto
alter ex vendoribus superficies jure reciprocí fideli-
commissi ad ejus favorem aperti medietatem dd. locorum montium vendicabant, & Rota pro eo respon-
dit, non obstante promissione evictiōnis, ex ea ratio-
ne, quod hæc esset evictio ex natura rei de jure non
præstanda, quodque in effectu quilibet ex dictis fra-
tribus jus propriæ vitæ in propria portione vendide-
rat juxta communem utrum contractiōnis hujusmodi
locorum montium vinculatorum; & de quibus
decisionibus habetur actum sub iii. de Regalibus dis-
curs. 31.

Replicabam tamen casum esse omnino diversum,
neque decisiones prædictas applicari, cum recte pro-
cederent, quando ageretur de venditione seu cessione
translativa, quam cum suo vinculo dicta Moniales
fecissent de cœni adhuc vivo & durante, secūs au-
tem ubi ipsæmet assenserent se dominas cum facultate
recipiendi extictionem, istam fecerunt per actum retrofimilem recipiendo pecuniam, tunc enim esset al-
legare propriam turpitudinem, ideoque obstabat ex-
cepitio doli, quodque in omnem eventum Societati
debitrīcī competebat retentio istorum fructuum du-
rante vita dictæ Monialis, prole reintegrando de illa
ratio fortis, quam ipsam indebet habuerat; Quam-
vis autem dicta responsio cum haec præseruit ultima
consideratione esset nimis evidens, atque in propo-
sito conferrent deducta in Romana locorum Montium
de Panesii sub iiii. de regal. d. dicit. 31. Adhuc tamen apud
judicem remansit difficultas ob allegatas decisiones,
cum incredibile sit quantum impressionem faciant
decisiones vel doctrinæ, quæ punctualis videantur,
non distinguendo, an faciant ad casum nec nō. Atque
hæc est major angustia, quam in Curia patiuntur illi
professores, qui scientiæ ac per principia student,
Unde decrevit contra Societatem, sed appellatione
interposita, commissa fuit causa cum clausula trans-
lativa, & pender nisi concordata sit ut credo.

ROMA-